

EPISTOLA

περον γείθη μετὰ βαίνδν nuncuparet. Quares, cum magnam Chymia inuidiam in animis plurimorum hucusque conciliârit, depositâ personâ, quam illi plures καὶ αἰσων ἢ ὑπὲρ αἰσων aptare sunt soliti, apertam frontem eius, vultumq̄, ostendere annisi sumus: in eum finem, ut si quid aliûs artis vel scientiæ species temerârit, innocenti ipsi non imputetur. Hoc mecum, Viri Clarissimi, vice πειρασθέντες, quam chymica huic fabula præmittamus, recognoscite: an naturalium principiorum, medicorumq̄, theorematum vindiciæ chymico sint postulanda: quod fundamentum ijs, quæ huius opellæ pleno decursu de Chymia principijs dicenda sunt, aptissimè constituetur.

Prima principia naturalium rerum, cum multis seculis antiquorum philosophantium ingeniosis commentis ultrò citroq̄, agitariantur, tandem Aristotelis, ceu dictatoris prudenti decreto, Materia, Forma, Priuationis ternario definita, cōstitutâq̄, sunt: & ex eorum legitima consociatione quaternaria, maximè simplicia, primâq̄, corpora Ignis, Aër, Aqua, Terra deriuata. Quanquam autem horum omnium perspicuitas, rationum insuperabilium firmitate subnixâ, cæterorum
phi-